

# CANTUS IN ORDINE MISSÆ

MISSÆ ET IN LECTIONARIO

MISSÆ ET IN LECTIONARIO

MISSÆ ET IN LECTIONARIO


# CANTUS IN ORDINE MISSÆ ET IN LECTIONARIO

★ Cantus in Ordine Missæ . . . . .	471
★ Alii cantus in Missali occurrentes . . . . .	490
★ Alii cantus in Lectionario occurrentes . . . . .	503


# CANTUS IN ORDINE MISSÆ

## I. AD RITUS INITIALES

### Ad signum crucis




**I**n nō-mi-ne Pa-tris, et Fí- li- i, et Spi- ri- tus Sancti.




**R.** Amen.

### Ad salutationem


**1**



**G**rá- ti- a Dó-mi- ni nostri Ie-su Chri-sti, et cá- ri-tas De- i,




et commu- ni- cá- ti- o Sancti Spi- ri- tus sit cum ómni-bus vo-



bis. **R.** Et cum spi- ri- tu tu- o.

**2**



**G**rá- ti- a vo- bis et pax a De- o Patre nostro et Dó-mi-no

**NOTA:** Signum  $\flat$  notam Si uno semitono usque ad lineæ finem deprimit, nisi prius signo  $\natural$  evictum fuerit.

Ie-su Chri-sto. R. Be-ne-díc-tus De-us et Pa-ter Dómi-ni no-  
stri Ie-su Chri-sti.

3

Dómi-nus vo-bí-scum. R. Et cum spí-ri- tu tu-o.  
Vel:  
Dómi-nus vo-bí-scum. R. Et cum spí-ri- tu tu-o.


## II. PRO ORATIONIBUS

### Tonus simplex

O-rémus. Concé-de nos fámu-los tu-os, quásimus, Dó-mi-ne De-  
us, perpé-tu-a men-tis et córpo-ris sa-ni-tá-te gaudé-re, et,  
glo-ri-6-sa be-á-tæ Ma-ri-æ semper Vir-gi-nis in-terce-ssi-ó-ne,

flexio

2




a præ-sénti li-be-rá-ri tri-stí- ti- a, et æ-térna pérfra- i  
1 , elevatio




læ- ti- ti- a


**Post collectam**



Per Dómi-num nostrum Ie-sum Chris-tum Fí-li- um tu- um, qui te-



cum vi- vit et regnat in u-ni- tå- te Spí- ri- tus Sancti, De- us,




per ómni- a sá- cu- la sæ- cu- ló- rum. **R.** Amen.

**Post alias orationes**




Per Chris-tum Dó-mi-num nostrum. **R.** Amen.

**Vel:**




Qui vi- vit et regnat in sá- cu- la sæ- cu- ló- rum. **R.** Amen.

## Tonus sollemnis




O-ré-mus Concé-de nos fá-mu-los tu- os, qué-sumus, Dómi-ne

2 1 / elevatio




De- us, perpé- tu- a mentis et córpo- ris sa- ni- tát- te gaudé- re,




et, glo- ri- ó- sa be- á-tæ Ma- rí- æ semper Virgi- nis interces-si-

flexio




ó-ne, a præ- sén- ti li- be- rá- ri tri- stí- ti- a, et æ- té- na pér-

2 1 / elevatio




fru- i læ- tí- ti- a


## Post collectam



Per Dó-mi- num nostrum Ie-sum Chris-tum Fí- li- um tu- um, qui




te- cum vi- vit et regnat in u- ni- tát- te Spí- ri- tus Sancti, De-




**us, per ómni- a sáe-cu- la sáe-cu- ló- rum. R. Amen.**

**Post alias orationes**



**Per Christum Dómi- num nostrum. R. Amen.**

**Vel:**




**Qui vi- vit et regnat in sáe-cu- la sáe-cu- ló- rum. R. Amen.**

**Oratio super oblata**

**Post orationem**



**Per Chris-tum Dómi-num nostrum R. Amen.**




**Qui vi- vit et regnat in sáe-cu- la sáe-cu- ló- rum. R. Amen.**

Hic tonus «B», ex Missali Romano (p. 941) desumptus et melodiæ pro oratione Dómine Iesu Christe adhibitæ consonus, aptius convenit cum oratione super oblata, ad inducendam salutationem Dóminus vobíscum ante præfationem.


### III. AD LITURGIAM VERBI

#### Acclamations pro lectionibus

##### 1. In tono Lectionis




... et sancti- fi- cá-tus est in e- is.




Verbum Dó-mi- ni. **R.** De- o grá- ti- as.


##### 2. In tono Epistolæ



... et e- le- e-mó-sy-nas il-lí- us e-narrá-bit omnis ecclé- si- a




sanctó- rum.



Verbum Dó-mi- ni. **R.** De- o grá- ti- as.

#### Ad Evangelium

##### Ante Evangelium



**D**ó-mi- nus vo- bí- cum. **R.** Et cum spí- ri- tu tu- o. Léc- ti- o

sancti    E-vangé-li- i    se-cúndum Lu-cam.    se-cúndum Mat-  
thé- um. **R.** Gló- ri- a ti- bi, Dó-mi-ne.

## Post Evangelium

... hic magnus vo-cá-bi- tur    in regno cæ- ló-rum.

Verbum Dó-mi-ni. **R.** Laus ti- bi, Christe.

## Ad orationem universalem

## Post unamquamque intentionem

... . . . † exau- dí- re digné- ris **R.** Te ro-gá-  
mus, au-di nos.

## IV. AD PRECEM EUCHARISTICAM

### Toni præfationum

Cum, ob auctum numerum præfationum, difficile sit pro unaquaque earum integrum textum melodii ornatum præbere, hic exhibetur tantummodo exemplar unius præfationis in tono simplici et in tono sollemni, super quo melodiæ aliarum exstrui possunt.

### Præfationes de S. P. Dominico

#### Tonus simplex

Dó-mi-nus vo- bís-cum. R. Et cum spí- ri- tu tu- o. V. Sur- sum  
 corda. R. Ha-bémus ad Dó-mi- num. V. Grá- ti- as a-gámus Dó-  
 mi-no De- o nostro. R. Dignum et iustum est. Ve- re dignum  
 et iustum est, æ-quum et sa- lu- tá-re, nos ti- bi semper  
 et u- bique grá- ti- as á- ge- re: Dó-mi-ne, sancte Pa- ter,  
 omní- po- tens æ- tére De- us: Qui be- á- tum Do- mí- ni- cum,

ve- ri- tá- tis tu- æ præ-có- nem, de fón-ti-bus Sal-va- tó- ris al-tís-  
si-mis hau- ri- éntem, si- ti- én- ti mundo pró- vi- de tri- bu- ís- ti. Is  
e- nim, Ge- ne- trí- cis Fí- li- i tu- i semper o- pe suf- fúl- tus, sa-  
lú- tis a- ni- má- rum ze- lo inflam- mā- tus, of- fí- ci- um Ver-  
bi pro se su- ísque in Spí- ri- tu co- ad- u- ná- tis su- scí- pi-  
ens, fí- de- i pú- gi- les ad sal- ván- das gen- tes instí- tu- it  
et mul- tos doctrí- na et ex- ém- plo ad Chris- tum addú- xit. Te-  
cum vel de te iú- gi- ter loquens, sa- pi- énti- a pro- fé- cit et,  
ac- ti- ó- nem de ple- ni- tú- di- ne contempla- tió- nis e- dú- cens, æ-

di- fi- cán-dæ Ecclé-si- æ tu- æ se to- tum impéndit. Et í-  
 de- o, cum Ange- lis et ómni- bus Sanctis, gló- ri- am tu- am  
 præ- di- cámus, u-na vo-ce di- cén-tes:

## Tonus sollemnis

Dó-mi-nus vo- bís-cum. R. Et cum spí- ri- tu tu- o. V. Sur-sum  
 cor-da. R. Ha- bé-mus ad Dó-mi- num. V. Grá- ti- as a- gá-  
 mus Dó-mi- no De- o nostro. R. Di-gnum et ius-tum est.  
 Ve-re dignum et iustum est, æquum et sa- lu- tá-re, nos ti-  
 bi semper et u- bí-que grá- ti- as á-ge- re: Dó-mi- ne, sanc-

te Pa-ter, omní-po- tens æ- té-rne De- us: Qui, ad Ecclé-  
si- æ tu- æ sanctæ de- cus mu-ni-ménque præs-tandum, a-po-stó-  
li- cam vo-luís-ti vi- vén-di formam per be- á- tum Do-mí- ni-  
cum re-no- vá- re. Ip-se e- nim, Chris-tum páu-pe-rem pro- se-  
cú- tus, e-vangé- li-cæ ve-ri- tát-i mentes er-ránti- um su- a præ-  
di- ca- ti- ó-ne sub- ié- cit, atque á-ni-mas Chris-to lu-cri- fé-  
cit innú-me- ras. Fí-de- i quoque præ- có-nes si- bi có-mi- tes  
sa-pi- én-ter ad - iúnxit, qui, su-pérnæ sci- én- ti- æ lú-mi- ne

ro-bo-rá- ti, e-vange- li- za- ti- ó-nis ó-pe- ri iú-gi- ter de-  
 ser-ví- rent. Et í-de- o cum Sanctis et Ange- lis u-ni-  
 vér-sis te col-lau- dámus, si- ne fi- ne di- cén-tes:

### Toni Precum eucharisticarum

Pro cantu Precum eucharisticarum earumque doxologiae adhibetur Missale Romanum (editione altera, pp. 946-956, vel editionibus posterioribus).

### V. AD RITUS COMMUNIONIS

Ad orationem dominicam

Tonus simplex

Prä- cép-tis sa- lu- tá- ri-bus mó-ni- ti, et di- ví- na insti- tu- ti-  
 ó-ne formá- ti, audé-mus dí- ce- re:  
 Pa- ter nos- ter, qui es in cæ- lis: sancti- fi- cé- tur no-men tu-

um; advé-ni- at regnum tu- um; fi- at vo- luntas tu- a, sic-  
 ut in cæ- lo, et in ter-ra. Pa-nem nostrum co-ti- di- á-num da  
 no-bis hó-di- e; et di-mít-te no- bis dé-bi- ta no-strा, sic-  
 ut et nos di-mít- ti-mus de- bi- tó- ri- bus nostris; et ne nos in-  
 dú- cas in ten-ta- ti- ó-nem; sed lí- be- ra nos a ma- lo.  
 Líbera nos, **ut infra, p. 484.**

## Tonus sollemnis

**P**ræ-cép-tis sa- lu- tá- ri- bus mó-ni- ti, et di- ví- na insti- tu- ti-  
 ó- ne formá- ti, au-dé-mus dí- ce- re:  
**P**a- ter nos- ter, qui es in cæ- lis: sancti- fi- cé- tur no-men tu-

um; advé-ni- at regnum tu- um; fi- at vo- luntas tu- a, sic-  
ut in cæ- lo, et in terra. Pa-nem nostrum co-ti-di- á-num da  
no-bis hó- di- e; et di-mít-te no-bis dé- bi- ta nos-tra, sic-  
ut et nos di- mít-timus de- bi- tó- ri-bus nostris; et ne nos in-  
dú-cas in ten-ta- ti- ó- nem; sed lí-be- ra nos a ma- lo.  
Líbera nos, ut infra.

Præter hos duos tonos, apte adhiberi potest tonus « B » Missalis Romani (1975<sup>2</sup>, pp. 957-958).

### Ad embolismum


Lí-be- ra nos, quæ-sumus, Dó-mi-ne, ab ómni-bus ma- lis, da  
pro- pí- ti- us pa- cem in di- é-bus nostris, ut, o-pe mi- se- ri-

cór-di- æ tu- æ ad-iú- ti,      et a peccá- to si-mus semper lí-  
 be- ri,      et ab omni per-turba- ti- ó-ne se-cú- ri:      exspec-  
 tántes be- á- tam spem,      et advéntum Sal-va- tó- ris nostri Ie-su  
 Chris- ti.


R. Qui- a tu- um est re-gnum, et po- tés-tas,      et gló- ri- a in sé-  
 cu- la.

### Ad pacem


Dó-mi- ne Ie-su Chris-te, qui dix- í-sti A-pós-to- lis tu- is: Pa-




cem re-linquo vo-bis, pa-cem me-am do vo-bis: ne re-spi-ci-as



peccá-ta nostra, sed fi-dem Ecclé-si-æ tu-æ; e-ámque se-




cúndum vo-luntá-tem tu-am pa-ci-fi-cá-re et co-a-du-ná-re di-




gné-ris. Qui vi-vis et regnas in sǽ-cu-la sǽ-cu-ló-rum.



**R.** Amen.



**Pax Dó-mi-ni sit semper vo-bís-cum. R. Et cum spí-ri-tu tu-tu-o.**




**Offér-te vo-bis pa-cem.**


## VI. AD RITUS CONCLUSIONIS

### Ad benedictionem simplicem


**A**



**Dó-mi-nus vo-bís-cum.** **R.** Et cum spí- ri- tu tu- o.




**Be-ne-dí-cat vos omní-po-tens De-us, Pa-ter, et Fí-li-us, et**




**Spí- ri- tus Sanctus.** **R.** Amen.


**B**





**Dó-mi-nus vo-bís-cum.** **R.** Et cum spí- ri- tu tu- o.




**Be-ne-dí-cat vos omní-po-tens De-us, Pa-ter, et Fí-li-us, et**





**Spí- ri- tus Sanctus.** **R.** Amen.

**Vel:****B**e-ne- díc-ti- o De- i omni- po- tén-tis, Pa-tris, et Fí- li- i, et

Spi- ri- tus Sancti, descéndat su-per vos et má-ne- at semper.

**R.** Amen.


**Ad benedictionem sollemnem et  
orationes super populum**

**D**ó-mi-nus vo- bís-cum. **R.** Et cum spí- ri- tu tu- o.

Incli-ná- te vos ad be-ne- dic-ti- ó-nem.

Inchoatio


Mediatio



**B**é- ne- dic  
**Omní-po-tens**

... fa-mí- li- am tú- am  
... semper pró- te-gat

Terminatio

[2]


... sempitérnæ sa- lú- tis. **R.** Amen.



... di-gnánter adtri-bu- at. **R.** Amen.

Pro orationibus super populum, quæ in Feriis adhibentur,  
opportune sumetur tonus simplex orationum.

### Ad dimittendum populum



**V.** I- te, mis-sa est.

**R.** De- o grá- ti- as.

Dominica Resurrectionis, infra octavam Paschæ necnon do-minica Pentecostes:



**V.** I- te, mi-sa est, al-le- lú- ia, al-le- lú- ia.

**R.** De- o grá- ti- as, al-le- lú- ia, al-le- lú- ia.

# ALII CANTUS IN MISSALI OCCURRENTES

**Exemplar invitatorii in oratione universalis  
feria VI in Passione Domini**

## 1. Pro sancta ecclesia

O-rému-s, di- lec-tís- si- mi no-bis, pro Ecclé-si- a sancta De- i; ut e- am  
De-us et Dó-mi- nus noster pa-ci- fi-cá-re, ad-u-ná-re et custo-dí-re  
digné- tur to-to orbe terrá-rum; detque no-bis, qui- é-tam et tran-  
quíl- lam vi- tam de-gén- ti- bus, glo- ri- fi-cá-re De- um Pa-trem  
omni- po- téntem.

Oratio dicitur in tono consueto, vel, ubi a Conferentia Episco-pali statutum fuerit, serventur ante et post precationem in silentio invitationes Flectámus génu-a - Levá-te.

O- rému-s. et diaconus Flec-támus gé- nu- a. Le-vá-te.

NOTA: Signum ♯ notam Si uno semitono usque ad lineæ finem deprimit, nisi prius signo ♭ evictum fuerit.

## **Invitatio in ostendenda sancta Cruce feria VI in Passione Domini**

**Celebrans**      **Cantor**      **Omnnes**

**Ant. VI**


Ecce lignum Crucis, \* in quo salvus mundus pendebat:  
dit: ve- ni- te, ad- o-ré-  
mus.

## **Conclusio ritus adorationis sanctæ Crucis**

The image shows musical notation for the Canon of the Mass, specifically the 'Credo' portion. The notation is in red ink on four-line staff paper. The voices are labeled as follows: 'Ant. II' (Antiphon, second ending) on the far left; 'Celebrans' (Celebrant) at the top left; 'Cantor' at the top center; and 'Omnes' (All) at the top right. The lyrics are written in Latin, starting with 'Su-per ómni- a ligna cedró- rum \* tu so- la ex-cél-' and continuing through several staves of music. The notation uses black square neumes on the lines and spaces of the staff.


### Præconium Paschale forma longiore


**E**x-súl-tet iam angé-li-ca turba cæ-ló-rum: exsúl-tent di-ví-na my-  
 sté-ri-a: et pro tanti Re-gis victó-ri a tuba ín-so-net sa-lu-  
 tá-ris. Gáude-at et tellus tantis irradia-á-ta fulgó-ribus: et, ætérgi  
 Re-gis splendó-re il-lustrá-ta, to-tí-us orbis se sénti-at ami-  
 sis- se ca-lígi-nem. Læ-té-tur et ma-ter Ecclé-si-a, tanti  
 lúmi-nis adorná-ta fulgó-ri-bus: et magnis po-pu-ló-rum vó-ci-bus  
 hæc au-la re-súl-tet. **(Quaprópter** astántes vos, fratres ca-rís-  
 si-mi, ad tam mi-ram hu-ius sancti lúmi-nis cla-ri-tá-tem, u-na  
 me-cum, quæso, De-i omni-poténtis mi-se-ri-córdi-am invocá-te.


 Ut, qui me non me- is mé-ri- tis intra Le-vi- tá-rum núme-rum di-



 gná-tus est ag-gre- gá-re, lúmi-nis su- i cla-ri- tá-tem in- fúndens,



 cé-re- i hu-ius laudem implé- re per-fi- ci- at.)


 (V. Dómi-nus vobís-cum. R. Et cum spí-ri-tu tu- o.) V. Sur-sum corda.



 R. Ha-bé-mus ad Dómi-num. Grá- ti- as a-gá-mus Dómi-no De- o


 no- stro. R. Di-gnum et iustum est.


 V. ere dignum et iustum est, invi-sí- bi-lem De- um Patrem omni-



 po- téntem Fi- li- úmque e- ius u-ni-gé-ni- tum, Dó-mi- num nostrum


 Ie- sum Chri- stum, to- to cordis ac mentis


 af- fectu et vo- cis mi-ni-sté-ri- o perso-ná- re. Qui pro no-bis

æ-térno Pa-tri Adæ dé-bi-tum solvit, et vé-te-ris pi- á-cu-li cau-  
ti- ó-nem pi- o cru- ó- re de-tér- sit. Hæc sunt e-nim fe-sta  
paschá-li a, in qui- bus ve-rus il-le Agnus oc-cí-di-tur, cu- ius  
sángui-ne postes fi-dé- li- um consecrán- tur. Hæc nox est,  
in qua primum patres nostros, fi- li- os Isra- ēl edúctos de Æ-gýpto,  
ma- re Rubrum sicco ve- stí-gi- o transí- re fe-cí- sti. Hæc  
í-gi- tur nox est, quæ pecca-tó- rum té-nebras co-lúmnæ il-lu-  
mi-na- ti- ó- ne purgá- vit. Hæc nox est, quæ hó-di- e per u-ni-  
vér-sum mundum in Chri-sto cre- déntes, a ví- ti- is sáe-cu-li et  
ca- lí- gi-ne pecca-tó-rum segré- gá-tos, red-dit grá- ti- æ, só-ci- at

sancti- tā- ti. Hæc nox est, in qua, destrúc-tis vñcu-lis  
 mor-tis, Christus ab ín-fe-ris vic- tor ascén- dit. Ni-hil e-nim nobis  
 na-sci pró-fu- it, ni- si réd-i-mi pro-fu- ís- set. O mi- ra circa  
 nos tu- æ pi- e-tá- tis digná- ti- o! O in-aëstimá- bi- lis di- léc-  
 ti- o ca- ri- tá-tis: ut servum red- íme-res, Fi-li- um tra-di-dí- sti!  
 O certe ne-cessá- ri- um Adæ pec- cá-tum, quod Chri-sti mor- te  
 de-lé- tum est! O fe- lix culpa, quæ ta- lem ac tantum mé-ru- it  
 ha-bé-re Red-emptó- rem! O ve-re be- á- ta nox, quæ so-la  
 mé-ru- it sci- re tempus et ho-ram, in qua Christus ab ín-fe-ris re-  
 surré- xit! Hæc nox est, de qua scriptum est: Et nox sic-ut



di- es il-lumi- ná-bi- tur, et nox il-lumi-ná-ti- o me- a in de- lí-  
 ci- is me- is. Hu-ius í-gi- tur sancti- fi-cá- ti- o noctis fu- gat  
 scé-le-ra, culpas la-vat, et reddit inno-cénti- am lapsis, et mæ- stis  
 læ-ti- ti- am. Fu- gat ó-di- a, concór-di- am pa- rat, et cur- vat  
 impé- ri- a.  
 In hu-ius í-gi- tur noc-tis grá- ti- a, súsci-pe, sancte Pa-ter, lau- dis  
 hu- ius sacri- fí- ci- um ve-sper- tí-num, quod ti- bi in hac cé-re- i  
 obla- ti- ó-ne sol- lémni, per mi-nistró-rum ma-nus de o-pé- ri-bus  
 a- pum, sacro-sáncta red- dit Ecclé- si- a. Sed iam co- lúmnæ  
 hu- ius præ-có-ni- a nó- vimus, quam in ho- nó- rem De- i rú- ti- lans



i- gnis accén- dit. Qui li- cet sit di- ví- sus in partes, mu-tu- á- ti

tamen lúmi- nis de-tri-mén- ta non no- vit. A-li- tur e-nim liquán-

ti- bus ce- ris, quas in substánti- am pre- ti- ó-sæ hu- ius lámpa-dis

a-pis ma- ter e-dú- xit. O ve- re be- á- ta nox, in qua terré-nis

cæ- lé-sti- a, humá-nis di- ví- na iungún- tur!

O- rá-mus er-go te, Dó- mi- ne, ut cé-re- us i-ste in ho-nó- rem

tu- i nómi- nis con-se- crá- tus, ad noctis hu-ius ca- lí- gi-nem destru-

éndam, inde- fi- ci- ens perse-vé- ret. Et in odó-rem su- a-vi- tá- tis

ac- céptus, su-pér-nis lu-mi-ná-ri-bus mi-sce- á- tur. Flamas

e-ius lú-ci-fer ma-tu-tí-nus invé-ni- at: Ille, inquam, lú-ci-fer,  
qui ne- scit occá-sum, Chris-tus Fí-li-us tu-us, qui, regrés-sus  
ab ín-fe-ris, humá-no gé-ne-ri se-ré-nus ill-úx-it, et te-  
cum vi- vit et regnat in sæ-cu-la sæ-cu-ló-rum. **R.** Amen.

### Litaniæ sanctorum in Vigilia paschali

Litaniæ cantantur a duobus cantoribus, omnibus stantibus (propter tempus paschale), versis vultibus ad altare et respondentibus. In elenchem Sanctorum aliqua nomina suis locis inseri possunt, præsertim vero Ordinis vel Titularis ecclesiæ vel Patronorum loci (et eorum qui sunt baptizandi). Cognomina et cognomenta Sanctorum, inter parentheses posita, opportune omittuntur, quando litaniæ lingua latina canuntur.

**K**ý-ri-e, e-léi-son. **R.** Ký-ri-e, e-léi-son. Christe, e-léi-son. **R.** Ký-ri-e, e-léi-son. **R.** Christe, e-léi-son. Ký-ri-e, e-léi-son. **R.** Ký-ri-e, e-léi-son.

Musical notation for three Ave Maria responses:

- Sancta María, Ma- ter De- i,** R. O-ra pro no-bis.
- Sancte Mícha- el,** R. O-ra pro no-bis.
- Sancti Ange- li De- i,** R. O-rá-te pro no-bis.

The notation consists of two staves of square neumes on four-line red staves. The first two responses begin with a single note on the fourth line, followed by a series of notes on the first three lines. The third response begins with a single note on the second line, followed by a series of notes on the first three lines. Each response concludes with a short melodic phrase ending on the fourth line.

Sancte Ioánnes Baptísta,  
Sancte Ioseph,  
Sancti Petre et Paule,  
Sancte Andréa,  
Sancte Ioánnes,  
Sancta María Magdaléna,  
Sancte Stéphane,  
Sancte Ignáti (Antiochene),  
Sancte Laurénti,  
Sanctæ Perpétua et Felícitas,  
Sancta Agnes,  
Sancte Gregóri,  
Sancte Augustíne,  
Sancte Athanási,  
Sancte Basíli,  
Sancte Martíne,  
Sancte Benedícte,  
Sancte Francísce,  
Sancte Pater Domínice,  
Sancte Thoma (de Aquino),  
Sancte Albérte,  
Sancte Martíne (de Porres),  
Sancte Francísce (Xavier),

Sancte Ioánnes María (Vianney), ora pro nobis  
 Sancta Margaríta (de Hungaria), ora pro nobis  
 Sancta Catharína (Senensis), ora pro nobis  
 Sancta Rosa (de Lima), ora pro nobis  
 Sancta Terésia (de Avila), ora pro nobis  
 Omnes Sancti et Sanctæ Dei, oráte pro nobis




Pro-pí- ti- us e- sto,

R. Lí- be- ra nos, Dó-mi- ne.

Ab *omni* malo,  
 Ab *omni* peccáto,  
 A morte perpétua,  
 Per incarnatióne tuam,  
 Per mortem et resurrectióne  
     tuam,  
 Per effusiónem Spíritus Sancti,

líbera nos, Dómine  
 líbera nos, Dómine



Pecca-tó- res,

R. Te ro-gámus, au-di nos.

Ut óculos misericórdiæ tuæ  
     super nos reducere dignéris,  
 Ut obséquium servitútis nostræ  
     rationábile fáciás,  
 Ut reguláribus disciplínis  
     nos instrúere dignéris,  
 Ut mentes nostras ad cælestia  
     desidéria érigas,

te rogámus, audi nos  
 te rogámus, audi nos  
 te rogámus, audi nos  
 te rogámus, audi nos  
 te rogámus, audi nos

## Si adsunt baptizandi:

Ut hos eléctos per grátiam Baptísni  
     regeneráre dignéris, te rogámus, audi nos

**Si non adsunt baptizandi:**  
Ut hunc fontem, regenerándis tibi filiis,  
grácia tua sanctificáre *dignér*is, te rogámus, audi nos

Iesu, Fili Dei vivi te rogámus, audi nos

A horizontal strip of musical notation for organ, showing two measures. The first measure begins with a bass clef, a key signature of one sharp, and a common time signature. It consists of six notes: a half note on the fourth line, a quarter note on the third line, a half note on the second line, a quarter note on the first line, a half note on the fourth line, and a dotted half note on the fifth line. The second measure begins with a bass clef, a key signature of one sharp, and a common time signature. It consists of five notes: a half note on the fourth line, a quarter note on the third line, a half note on the second line, a quarter note on the first line, and a dotted half note on the fifth line.

**Chris-te, au-di nos. ij.**      **Chris-te, ex-áu-di nos. ij.**

**Chris-te, ex-áu-di nos. ij.**

## **Benedictio aquæ baptismalis in Vigilia paschali**

Ad cantandam orationem Benedictionis aquæ baptismalis, sumi potest melodia Missalis Romani (1975<sup>2</sup>, pp. 975-978), vel textus cantetur iuxta tonum simplicem præfationum.

## **Ad ultimam Commendationem et Valedictionem**

Ant.  
III

A musical score for Ant. III, featuring a single melodic line on a staff with five horizontal lines. The notes are represented by small black squares. The first measure starts with a square on the top line, followed by a square on the middle line, and a square on the bottom line. The second measure begins with a square on the middle line, followed by a square on the top line, and a square on the bottom line. The third measure starts with a square on the middle line, followed by a square on the top line, and a square on the bottom line. The fourth measure begins with a square on the middle line, followed by a square on the top line, and a square on the bottom line. The fifth measure starts with a square on the middle line, followed by a square on the top line, and a square on the bottom line.

**C**le-men-tís- si- me Dó- mi- ne, \* qui pro nostra mi- sé-

A single staff of music on a five-line staff system. The key signature is B-flat major (two flats). The time signature is common time (indicated by a 'C'). The music consists of a series of eighth and sixteenth note patterns, primarily in the bass clef. There are several rests, including a half note rest and a quarter note rest. The notes are black with stems pointing down, except for one note which has a stem pointing up.

ri- a ab impi- ó-rum má-ni-bus mor- tis supplí-ci- um

per-tu- lís- ti: lí- be-ra á- ni-mam e- jus ab infér-ni vo-

rá- gi- ne, et de víncu- lis mor- tis mi- se- rá- tor  
 ab sól- ve: et cuncta e- ius pec-cá- ta o- bli- vi- ó-ne  
 per pé- tu- a de- le: e- ám- que ad lu- cem tu- am An-ge-  
Cantores  
 li tra-dant, pa- ra- di- sí- que iá- nu- am intro- dú- cant. Ut  
Conventus  
 dum corpúscu- lum púl- ve- ri trá- di- tur, ad æ- ter-ni- tá-  
Omnes genua flectant  
 tem per-dú- cant. Dó-mi- ne, mi- se- ré- re su- per pe-cca- tó- re.  
(vel) pec- ca- trí- ce.

# ALII CANTUS IN LECTONARIO OCCURRENTES

## SEQUENTIÆ

**Die 25 decembris**

IN NATIVITATE DOMINI  
(Ad Missam in die)

**Die 6 ianuarii**

IN EPIPHANIA DOMINI

**Die 2 februarii**

IN PRÆSENTATIONE DOMINI

Sequentia Lætabündus, ab Ordinis consuetudine recepta, confirmata est, opportunis correctionibus adiectis. Cani poterit, in præfatis diebus, infra Missam aut post, prout magis expedire videbitur, vel in aliis rerum adiunctis, pro opportunitate.

### SEQUENTIA

VI

Læ- ta- bún-dus \* exsúl-tet fi- dé- lis cho- rus. Al-le- lú- ia.

Re- gem re- gum in-táctæ pro- fú- dit to- rus: res mi- rán-da!

NOTA: Signum  $\flat$  notam Si uno semitono usque ad lineæ finem deprimunt, nisi prius signo  $\natural$  evictum fuerit.

Ange-lus con-sí-li-i na-tus est de Vir-gi-ne; Sol de  
 stel-la. Sol occá-sum nésci-ens, stel-la semper rú-ti-  
 lans, semper cla-ra. Sic - ut si-dus rá-di-um, pro-fert Vir-  
 go fí-li-um, pa-ri for-ma. Ne-que si-dus rá-di-o,  
 ne-que ma-ter fí-li-o fit cor-rú-pta. Cedrus al-ta Lí-ba-  
 ni confor-má-tur hys-só-po, val-le nostra. Ver-bum ens Al-  
 tís-si-mi corpo-rá-ri pas-sum est, carne sumpta.  
 I-sa-í-as cé-ci-nit, Sy-na gó-ga mé-mi-nit, numquam ta-men

dé- si- nit. es-se o- bli- gá- ta. Si non su- is vá- ti-bus, cre-dat  
vel gen-tí- li- bus: Si byl- lí- nis vér- si- bus hæc præ- dí- cta.  
In- fé- lix pró- pe- ra, cre- de vel vé- te- ra: cur dam-ná- be- ris,  
gens e- lé-cta? Quem do- cet lít-te- ra, na- tum con-sí-de- ra:  
ipsum gé- nu- it pu- érpe- ra.

**In translatione et in sollemnitate  
S. P. Dominici**

Ad libitum sequentia adhiberi potest in cantu forma abbreviata, vel forma reducta. Forma abbreviata, incipiendo a stropha 13, mutato tamen *ergo in Patri* (Laudes Patri Domínico).

Forma reducta, relinquendo unam alteramve sectionem ex duobus in textu indicatis (5-6 vel 11-12), propria quidem unicuique sectioni melodia servata.

**SEQUENTIA**

**VI**


1. In cæ-lés-ti hie-rar-chí-a \* no-va so-net harmo-ní-a,  
 no-vo du-cta cán-ti-co. 2. Cui concórdet in hac vi-a nostri  
 cho-ri me-lo-dí-a lau-dem dans Do-mí-ni-co. 3. In fi-  
 scél-la pau-per-tá-tis, vi-rum su-æ vo-lun-tá-tis vo-cat Auctor  
 sá-cu-li. 4. Lu-cem fe-rens ve-ri-tá-tis, i-gne quoque ca-ri-  
 tá-tis fi-dem fo-vet pó-pu-li. 5. A de-fúnctis re-vo-cá-

tum, ma-tri vi-vum red-dit na-tum vi-vens adhuc córpo-re.  
**6.** Signo cru-cis imber ce-dit, tur-ba fratrum pa-nem e-dit  
 mis-sum De-i mú-ne-re. **7.** Fe-lix, per quem gáu-di-a to-  
 ta iam Ecclé-si-a sum-ens ex-al-tá-tur. **8.** Orbem re-plet  
 sé-mi-ne: in cæ-ló-rum ágmi-ne tandem col-lo-cá-  
 tur. **9.** Ia-cet gra-num occul-tá-tum, si-dus la-tet ob-umbrá-  
 tum in sa-lú-tem gén-ti-um. **10.** Ossa namque pul-lu-lá-  
 re, si-dus iu-bet ra-di-á-re Rex plasmá-tor óm-ni-um.

11. O quam pro-bat car-nis flo-re-m, om-nem sú-pe- rans o-dó-  
 rem, túmu-li fra-grán-ti-a! 12. Aegri currunt et cu-rántur,  
 cæ-ci, clau-di re-pa-rán-tur e-ius mi-ra po-tén-ti-a.

13. Lau-des ergo Do-mí-ni-co per-so-né-mus mi- ri- fi- co,  
 [Patri]

vo-ce ple-na. 14. Cla-ma pe-tens suffrá-gi-a, e-ius se-  
 quens ve-stí-gi-a, plebs e-gé-na. 15. Sed tu Pa-ter pi-  
 e, bo-ne pastor gre-gis et patró-ne, pre-ce sem-per  
 sé-du-la, 16. A-pud se-dem summi Re-gis, tam di-



## CANTUS GENEALOGIÆ

### In Nativitate Domini

1. In nocte Nativitatis Domini, ante Missam, convenit ut Vigilia celebretur per Officium lectionis (IGLH, n. 215). In fine huius celebrationis, ut mos est in traditione liturgica Ordinis nostri, cantus Genealogiæ, secundum Evangelium Matthæi (1, 1-16), haberi potest.

2. Cantus seu sollemnis Genealogiæ proclamatio, modo pro Evangelio consueto, fieri potest, pro necessitate, etiam a cantore qui non sit diaconus, ut pro lectione præconii paschalis prævidetur (cf. supra, p. 52, n. 17), et quidem sive lingua latina, in cantu gregoriano ut infra, sive lingua vernacula, adhibita congrua melodia ad hoc parata seu appropriata.

3. Proclamari quoque poterit tono recitativo, quadam musicæ harmonia subtus comitante, additis quoque — pro libitu — quibusdam acclamationibus astantium, decursu illius proclamationis.

4. Si Officium lectionis non celebratur ante Missam in nocte Nativitatis Domini, Genealogia cantari potest — ad modum exceptionis quæ sollemnitatem conferat celebrationi — ad I Vesperas Nativitatis, loco lectionis brevis vel alio momento magis opportuno.

The musical notation consists of three staves of square neumes on four-line red staves. The lyrics are written below each staff. The first staff contains the text '(Dó-mi-nus vo-bís-cum. R. Et cum spí-ri-tu tu-o.) I-ní-ti-um'. The second staff contains 'sanc-ti E-vangé-li-i se-cún-dum Mattháe-um. R. Gló-'. The third staff contains 'ri-a ti-bi, Dó-mi-ne.'

Li-ber ge-ne-ra-ti- ó-nis Ie-su Chri-sti, fi-li-i Da-vid,  
 fi-li-i Abra-ham. Abra-ham gé-nu-it I-sa-ac.  
 I-sa-ac au-tem gé-nu-it Ia-cob. Ia-cob au-tem gé-nu-it  
 Iu-dam et fra-tres e-ius. Iu-das autem gé-nu-it Pha-res  
 et Za-ram de Tha-mar. Pha-res au-tem gé-nu-it  
 E-sron. Esron au-tem gé-nu-it A-ram. Aram autem gé-nu-it  
 A-mí-na-dab. Amí-na-dab au-tem gé-nu-it Na-ás-son.  
 Na-ás-son au-tem gé-nu-it Sal-mon. Salmon au-tem gé-  
 nu-it Bo-oz de Ra-hab. Bo-oz au-tem gé-nu-it O-bed  
 ex Ruth. O-bed au-tem gé-nu-it Ies-se. Iesse

au- tem gé- nu- it Da- vid re- gem. Da- vid au- tem rex gé-  
 nu- it Sa- lo- mó- nem ex e- a, quæ fu- it U- rí- æ. Sá- lomon  
 au- tem gé- nu- it Ró- bo- am. Ró- bo- am autem  
 gé- nu- it Abí- am. Abí- as au- tem gé- nu- it A- sa.  
 A- sa au- tem gé- nu- it Ió- sa- phat. Ió- saphat autem gé-  
 nu- it Io- ram. Io- ram autem gé- nu- it O- zí- am.  
 O- zí- as au- tem gé- nu- it Ió- a- tham. Ió- atham au- tem  
 gé- nu- it A- chaz. Achaz autem gé- nu- it E- ze- chí- am.  
 E- ze- chí- as autem gé- nu- it Ma- nás- sen. Ma- nás- ses au- tem  
 gé- nu- it A- mon. A- mon autem gé- nu- it Io- sí- am.

Io-sí- as autem gé- nu- it Iecho- ní- am et fra- tres e- ius  
 in transmi- gra- ti- ó- ne Ba- by- ló- nis. Et post transmigra- ti- ó- nem  
 Ba- by- ló- nis: Iecho- ní- as gé- nu- it Sa- láthi- el. Sa- láthi- el  
 au- tem gé- nu- it Zo- ró- ba- bel. Zo- ró- ba- bel autem gé-  
 nu- it A- bi- ud. A- bi- ud au- tem gé- nu- it E- lí-  
 a- cim. E- lí- a- cim au- tem gé- nu- it A- zor. A- zor  
 au- tem gé- nu- it Sa- doc. Sa- doc autem gé- nu- it  
 A- - chim. A- chim au- tem gé- nu- it E- lí- ud.  
 E- lí- ud au- tem gé- nu- it E- le- á- zar. E- le- á- zar au- tem  
 génu- it Ma- than. Mathan au- tem gé- nu- it Ia- - cob.

Ia-cob autem gé- nu- it Io-seph, vi- rum Ma- ri- æ, de  
qua na-tus est Ie- - sus, qui vo-cá- tur Chri- stus.

### In Epiphania Domini

Ad Genealogiam hodie adhiberi potest textus proprius Evangelii secundum Lucam (3, 21-4, 1a), iisdem modis servatis qui pro Nativitate Domini (p. 510) notati sunt.


Cantus Genealogiæ in fine Officii lectionis adhiberi nequit in hodierna sollemnitate, ubi iam in Nativitate Domini celebratus fuerit.

(Dó- mi-nus vo- bís- cum. R. Et cum spí- ri- tu tu- o.) Léc-  
ti- o sanc- ti E- vangé- li- i se- cún- dum Lu- cam.  
R. Gló- ri- a ti- bi, Dó- mi-ne.  
Factum est au- tem cum bapti- za-ré- tur omnis pô- pu- lus, et  
Ie-su bapti- zá- to et o-rán- te, a- pértum est cæ- lum: et de-

scén-dit Spi- ri- tus Sanctus corpo-rá- li spé-ci- e, sic- ut co-  
lúmba in ip- sum: et vox de cæ- lo facta est: Tu es  
fi- li- us me- us di- lè- ctus, in te complá- cu- i mi-hi. Et  
ipse Ie-sus. e- rat incí- pi- ens qua-si annó- rum tri- ginta,  
ut pu- ta- bá- tur, fi- li- us Io- seph, qui fu- it He- li, qui  
fu- it Ma-that, qui fu- it Le- vi, qui fu- it Melchi, qui fu- it  
Ian- ne, qui fu- it Io- seph, qui fu- it Mathathí- æ, qui fu- it  
A-mos, qui fu- it Na- hum, qui fu- it Hes- li, qui fu- it  
Nag- ge, qui fu- it Ma- hath, qui fu- it Mathathí- æ, qui fu- it  
Séme- i, qui fu- it Io- seph, qui fu- it Iu- da, qui

fu- it Io- áñ-na, qui fu- it Re- sa, qui fu- it Zo-ró-ba- bel, qui  
 fu- it Sa-láthi- el, qui fu- it Ne- ri, qui fu- it Mel- chi,  
 qui fu- it Ad- di, qui fu- it Co- san, qui fu- it Elma- dam, qui  
 fu- it Her, qui fu- it Ie- su, qui fu- it Eli- é-zer, qui fu- it  
 Io- rim, qui fu- it Ma-that, qui fu- it Le- vi, qui fu- it Si-  
 me- on, qui fu- it Iu- da, qui fu- it Io- seph, qui fu- it  
 Io-na, qui fu- it E-li- a- kim, qui fu- it Mé-le- a, qui fu- it  
 Men- na, qui fu- it Mátha-tha, qui fu- it Na-than, qui fu- it Da- vid,  
 qui fu- it Ies- se, qui fu- it O- - bed, qui fu- it Bo- oz,  
 qui fu- it Sal- mon, qui fu- it Na-ás- son, qui fu- it Amí-na- dab,

qui fu-it A-ram, qui fu-it Es-ron, qui fu-it Pha-res,  
qui fu-it Iu-dæ, qui fu-it Ia-cob, qui fu-it I-sa-ac, qui  
fu-it A-brä-hæ, qui fu-it Tha-re, qui fu-it Na-chor,  
qui fu-it Sa-rug, qui fu-it Rá-ga-u, qui fu-it Pha-leg,  
qui fu-it He-ber, qui fu-it Sa-le, qui fu-it Cá-i-nan,  
qui fu-it Arphá-xad, qui fu-it Sem, qui fu-it No-e,  
qui fu-it La-mech, qui fu-it Mathú-sa-le, qui fu-it He-noch,  
qui fu-it Ia-red, qui fu-it Ma-lá-le-el, qui fu-it Cá-i-nan,  
qui fu-it He-nos, qui fu-it Seth, qui fu-it A-dam, qui  
fu-it De-i. Ie-sus au-tem ple-nus Spí-ri-tu Sancto



### Modus cantandi Passiones

Præter tonos varios pro Passionibus cantandis propositos, adhiberi potest melodia Ordinis (cf. Processionarium O.P., ed. Suarez, Romæ 1949, pp. 447-452; Cantus Passionis D.N.I.C. secundum Matthæum et secundum Ioannem, iuxta notam Processionarii O.P., Romæ 1953).

Textus autem ex Nova Vulgata assumitur.

## LITANIÆ SANCTORUM IN SOLLEMNIBUS SUPPLICATIONIBUS ADHIBENDÆ


Quoties in singulis partibus plures formulæ proponuntur litteris A et B distinctæ, una vel alia ad libitum seligi potest. In elenco Sanctorum aliqua nomina suis locis inseri possunt (ex. gr. Patronorum, Titularis ecclesiæ, Fundatorum, etc.). Item supplicationibus pro variis necessitatibus aliquæ invocationes addi possunt, rerum et locorum adiunctis accommodatæ. Cognomina et cognomenta (v. gr. de Hungaria) Sanctorum, inter parentheses posita, opportune omit-tuntur, quando litaniæ lingua latina canuntur.

Textus et melodia sunt ex Ordine Cantus Missæ (ed. typica 1973, pp. 201-206) desumpta, additis tamen nominibus Sanctorum et Sanc-tarum O.P. necnon aliquot invocationibus propriis. Quoad cantum, adhiberi potest tonus Processionarii O.P. (ed. E. Suarez, Romæ 1949, pp. 127-132).

### I

#### SUPPLICATIO AD DEUM


##### A



Ký-ri- e, e-lé- i-son. ij. Christe, e-lé- i-son. ij. Ký-ri- e e-lé- i-son. ij.

Vel:

##### B




Pa- ter de cæ- lis De- us  
Fi- li Re-démptor mundi De- us  
Spí- ri tus Sanc-te De- us  
Sancta Trinitas unus De- us

R. Mi-se-ré-re nobis  
R. Mi-se-ré-re nobis  
R. Mi-se-ré-re nobis  
R. Mi-se-ré-re nobis

## II

## INVOCATIO SANCTORUM

Sancta Ma-ri- a **R.** Ora pro nobis**R.** Orá-te pro nobis

Sancta Dei Génetrix,  
Sancta Virgo vírginum,  
Sancti Míchael, Gábriel et Ráphael,  
Omnes sancti Angeli,

ora pro nobis  
ora pro nobis  
oráte pro nobis  
oráte pro nobis

## Patriarchæ et prophetæ

Sancte Abraham,  
Sancte Móyses,  
Sancte Elía,  
Sancte Ioánnes Baptísta,  
Sancte Ioseph,  
Omnes sancti patriárchæ et prophétæ

ora pro nobis  
oráte pro nobis

## Apostoli et discipuli

Sancti Petre et Paule,  
Sancte Andréa,  
Sancti Ioánnes et Iacóbe,  
Sancte Thoma,  
Sancte Matthæe,  
Omnes sancti Apóstoli,  
Sancte Luca,  
Sancte Marce,  
Sancte Bárnaba,  
Sancta María Magdaléna,  
Omnes sancti discípuli Dómini,

oráte pro nobis  
ora pro nobis  
oráte pro nobis  
ora pro nobis  
ora pro nobis  
oráte pro nobis  
ora pro nobis  
ora pro nobis  
ora pro nobis  
ora pro nobis  
oráte pro nobis

## Martyres

Sancte <b>Stéphane</b> ,	ora pro nobis
Sancte <b>Ignáti</b> (Antiochene),	ora pro nobis
Sancte <b>Polycárpe</b> ,	ora pro nobis
Sancte <b>Iustíne</b> ,	ora pro nobis
Sancte <b>Laurénti</b> ,	ora pro nobis
Sancte <b>Cypriáne</b> ,	ora pro nobis
Sancte <b>Bonifáti</b> ,	ora pro nobis
Sancte <b>Stanisláe</b> ,	ora pro nobis
Sancte <b>Petre</b> (de Verona),	ora pro nobis
Sancte <b>Ioánnes</b> cum sóciis <b>tuis</b> ,	ora pro nobis
Sancte <b>Thoma</b> (Becket),	ora pro nobis
Sancti <b>Ioánnes</b> (Fisher) et <b>Thoma</b> (More),	oráte pro nobis
Sancte <b>Paule</b> (Miki),	ora pro nobis
Sancte <b>Cárole</b> (Lwanga),	ora pro nobis
Sanctæ <b>Perpétua</b> et <b>Felícitas</b> ,	oráte pro nobis
Sancta <b>Agnes</b> ,	ora pro nobis
Sancta <b>María</b> (Goretti),	ora pro nobis
Omnes sancti <b>mártires</b> ,	oráte pro nobis

## Episcopi et doctores

Sancti <b>Leo</b> et <b>Gregóri</b> ,	oráte pro nobis
Sancte <b>Ambrósi</b> ,	ora pro nobis
Sancte <b>Hierónyme</b> ,	ora pro nobis
Sancte <b>Augustíne</b> ,	ora pro nobis
Sancte <b>Athanási</b> ,	ora pro nobis
Sancti <b>Basíli</b> et <b>Gregóri</b> (Nazianzene),	oráte pro nobis
Sancte <b>Ioánnes Chrysóstome</b> ,	ora pro nobis
Sancte <b>Martíne</b> ,	ora pro nobis
Sancti <b>Cyrílle</b> et <b>Methódi</b> ,	oráte pro nobis
Sancte <b>Albérte</b> ,	ora pro nobis
Sancte <b>Antoníne</b> ,	ora pro nobis

Sancte **Cárole** (Borromeo),  
 Sancte **Francísce** (de Sales),  
 Sancte **Pie** (Decime),

ora pro nobis  
 ora pro nobis  
 ora pro nobis

### Presbyteri et religiosi

Sancte **Antóni**,  
 Sancte **Benedícte**,  
 Sancte **Bernárde**,  
 Sancte **Francísce**,  
 Sancte **Pater Domínice**,  
 Sancte **Thoma** (de Aquino),  
 Sancte **Hyacínthe**,  
 Sancte **Raymúnde** (de Penyafort),  
 Sancte **Vincénti** (Ferrer),  
 Sancte **Ignáti** (de Loyola),  
 Sancte **Martíne** (de Porres),  
 Sancte **Ioánnes** (Macias),  
 Sancte **Vincénti** (de Paul),  
 Sancte **Ioánnes María** (Vianney),  
 Sancte **Ioánnes** (Bosco),  
 Sancta **Margaríta** (de Hungaria),  
 Sancta **Agnes** (de Montepulciano),  
 Sancta **Catharína** (Senensis),  
 Sancta **Terésia** (de Avila),  
 Sancta **Rosa** (de Lima),

ora pro nobis  
 ora pro nobis

### Laici


Sancte **Ludovíce**,  
 Sancta **Mónica**,  
 Sancta **Elísabeth** (de Hungaria),  
 Omnes Sancti et Sanctæ Dei,

ora pro nobis  
 ora pro nobis  
 ora pro nobis  
 oráte pro nobis

## III

## INVOCATIO AD CHRISTUM

A




Pro-pí- ti- us e- sto

R. Lí-be-ra nos, Dómi-ne.

Ab *omni malo*, líbera nos, Dómine  
 Ab *omni peccáto*, líbera nos, Dómine  
 Ab *insídiis diáboli*, líbera nos, Dómine  
 Ab *ira et ódio et omni mala voluntáte*, líbera nos, Dómine  
 A *subitánea et improvisa morte*, líbera nos, Dómine  
 A *cæcitáte cordis*, líbera nos, Dómine  
 A *fúlgure et tempestáte*, líbera nos, Dómine  
 A *morte perpétua*, líbera nos, Dómine  
 Per *incarnatióñem tuam*, líbera nos, Dómine  
 Per *nativitátem tuam*, líbera nos, Dómine  
 Per *baptísmum*  
     *et sanctum ieíúnium tuum*, líbera nos, Dómine  
 Per *crucem et passióñem tuam*, líbera nos, Dómine  
 Per *mortem et sepultúram tuam*, líbera nos, Dómine  
 Per *sanctam resurrectiónem tuam*, líbera nos, Dómine  
 Per *admiráibilem ascensiónem tuam*, líbera nos, Dómine  
 Per *effusiónem Spíritus Sancti*, líbera nos, Dómine  
 Per *gloriósum advéntum tuum*, líbera nos, Dómine

Vel:

B



Christe, Fi- li De- i vi- vi

R. Mi-se-ré-re nobis.

Qui in hunc mundum venísti,  
 Qui in cruce pependísti,


miserére nobis  
 miserére nobis

Qui mortem propter nos accepísti,  
 Qui in sepúlcro iacuísti,  
 Qui a mórtuis resurrexísti,  
 Qui in cælos ascendísti,  
 Qui Spíritum Sanctum in Apóstolos misísti,  
 Qui sedes ad déxteram Patris,  
 Qui ventúrus es iudicáre vivos et mórtuos, miserére nobis  
 miserére nobis  
 miserére nobis  
 miserére nobis  
 miserére nobis  
 miserére nobis  
 miserére nobis

## IV

## SUPPLICATIO PRO VARIIS NECESSITATIBUS

A



Ut nobis parcas R. Te rogamus, audi nos  
 Ut ad veram pæniténtiam te rogamus, audi nos  
 nos perdúcere dignérис,  
 Ut misericórdia et pietas tua te rogamus, audi nos  
 nos custódiat,  
 Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio te rogamus, audi nos  
 confortáre et conserváre dignérис,  
 Ut ómnibus benefactóribus nostris te rogamus, audi nos  
 sempitérna bona retríbuas,  
 Ut fructus terræ te rogamus, audi nos  
 dare et conserváre dignérис,  
 Ut óculos misericórdiæ tuæ te rogamus, audi nos  
 super nos redúcere dignérис,  
 Ut obséquium servitútis nostræ te rogamus, audi nos  
 rationábile fáciás  
 Ut reguláribus disciplínis te rogamus, audi nos  
 nos instrúere dignérис,

Vel:

B

- Ut nobis *indúlgeas*, te rogámus, audi nos  
 Ut mentes nostras te rogámus, audi nos  
     ad cælestia desidéria érigas,  
 Ut ánimas nostras, te rogámus, audi nos  
     fratrum, propinquórum  
     et benefactórum nostrórum  
     ab ætérrna damnatióne erípias,  
 Ut ómnibus fidélibus defúnctis te rogámus, audi nos  
     réquiem ætérrnam  
     donáre *dignéris*, te rogámus, audi nos  
 Ut mundum a peste, fame et bello te rogámus, audi nos  
     serváre *dignéris*, te rogámus, audi nos  
 Ut cunctis pópolis te rogámus, audi nos  
     pacem et veram concórdiam  
     donáre *dignéris*, te rogámus, audi nos  
 Ut misérias páuperum et captivórum te rogámus, audi nos  
     intuéri et releváre *dignéris*, te rogámus, audi nos  
 Ut loca nostra te rogámus, audi nos  
     et omnes habitántes in eis  
     visitáre et consolári *dignéris*, te rogámus, audi nos  
 Ut civitátem istam te rogámus, audi nos  
     et omnem pópulum eius  
     protégere et conserváre *dignéris*, te rogámus, audi nos

Precationes sequentes semper cantantur:


- Ut Ecclésiam tuam sanctam te rogámus, audi nos  
     régere et conserváre *dignéris*,  
 Ut domnum apostólicum te rogámus, audi nos  
     et omnes ecclesiásticos órdines  
     in sancta religióne  
     conserváre *dignéris*, te rogámus, audi nos

Ut ómnibus in Christum credéntibus  
unitátem largíri *dignérис*, te rogámus, audi nos  
Ut omnes hómines  
ad Evangélii lumen  
perdúcere *dignérис*, te rogámus, audi nos

## V

## CONCLUSIO


## A




Christe, audi nos. **ij.** Christe, exáudi nos. **ij.**

**Vel:**


## B



Agnus De- i, qui tollis peccá-ta mundi. **R.** Mi-se-ré-re no- bis. **ij.**



Christe, audi nos. **ij.** Christe, exáudi nos. **ij.** Ký-ri- e, e-lé- i-son.



Christe, e-lé- i-son Ký-ri- e, e- lé- i-son.

## Oratio

Deus, refúgium nostrum et virtus, adésto piis Ecclésiæ tuæ prémibus, auctor ipse pietatis, et præsta ut, quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Christum Dóminum nostrum.

**Vel:**

Deus, qui nos cónspicis ex nostra infirmitáte defícere, ad amórem tui nóminalis nos misericórditer per Sanctórum tuórum exémpla restáura. Per Christum Dóminum nostrum.